



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

DISSERTATIO JURIDICA
DE
FAMA HUIUS
AMMISSIONE
ET
RESTITUTIONE

QUAM PERMISSU
ILLUSTRIS ICTORUM ORDINIS
IN ACADEMIA LIPSIENSI
SUB MODERAMINE

DN. ABRAHAMI KÆSTNERI
JURIUM DOCTORIS ET PRACTICI

PLACIDÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI

SUBMITTIT



AUCTOR ET RESPONDENS
BARTHOLDUS HENR. MEINICKE
LIPSIENS.

D. XXIII. FEBRUARII A. R. N. c1o 1o ccxxx.

L I P S I Æ
TYPIS JOH. HENRICI RICHTERI.

ILLUSTRI, MAGNIFICO,
SUMME REVERENDO ATQVE EXCEL-
LENTISSIMO

DOMINO
MICHAELI HENRICO
GRIBNERO

JCTO CONSUMMATISSIMO,
SERENISSIMO ET POTENTISSIMO REGI
POLON. ET ELECT. SAXONIÆ AC CONSILIIS AULÆ
ET JUSTITIÆ, IN CURIA SUPREMA PROVINCIALI
LIPSIENSI ASSESSORI, REVERENDI CAPITULI
MARTISBURGENSIS CANONICO, PRINCIPI JU-
RIUM PROFESSORI, ACADEMIÆ DECEMVIRO,
ET FACULTATIS JURIDICÆ ORDINARIO
LONGE GRAVISSIMO

MAECENATI AC PATRONO
SUO
RELIGIOSO OBSEQVII CULTU
DEVENERANDO

PERENNEM FELICITATEM
VOVET

ET
TENUE HOC
SPECIMEN ACADEMICUM
INTEMERATI AFFECTUS
DOCUMENTUM
SACRUM ESSE CUPIT
SIMULQUE
SE AC STUDIA SUA
COMMENDAT

CLIENS DEVOTUS

BARTHOLDUS HENR. MEINICKE,
LIPSIENS.



PROEMIUM.



Du jam olim dubitavit, simulque animo secum sollicitè devolvit, sana atque veneranda antiquitas, utrum aliquid sit, quod hominum memoriâ post mortem faceret immortalè; Et cum sola virtute id effici posse, sibi persuasum haberet, præsertim, cum omnis laus, omne sit in virtute decus, omnem etiam moverunt lapidem, ut, ea duce, æternam redderent sui nominis gloriam. Hinc tot prælia facta, hinc tot victoriarum laudes extabant, & quilibet palmam alteri præripere serio conabatur: Trahebantur omnes laudis studio, & optimus quisque maxime gloria ducebatur. Et hæc erat, ut CICERONIS effato hic uti liceat, in *Orat. pro Milon. c. 35.* cujus gradibus etiam homines in cælum videbantur ascendere. Sane non improbanda est talis gloriæ proclivitas, dum hoc modo & propria hominum utilitas & Rei-

publicæ salus promoveantur. Quid mirum ideoque, si etiam novis hisce temporibus, homines eadem laudis cupiditate delectentur, si nihil magis curæ cordique nobis sit, nisi hoc, ut & virtute nostra & vitæ honestate *bonam famam* posteritati relinquamus. Quemadmodum vero tota hominum vita, sic etiam fama illorum, variis insidiis exposita est, & læditur, *vel* falsis diffamantium accusationibus, *vel*, quod maximum est & omnino vituperandum, sæpissime propria culpa amittitur. Prolixiore meditatione digna sunt, quæ circa hanc materiam occurrunt, idque ipsum fuit, quod me commovit, cur speciminis loco, in subsequentiis, hoc paulo accuratius investigare destinaverim, haud dubitans, partim ob materiæ elegantiam, partim frequentem ejus in foro usum, *Lectori* operam meam plane ingratham non fore. Ut autem *L. B.* statim ab initio ordo, quem nobis proposuimus, innotescat, sciat, a nobis totam disputationem in tria diversa capita divisam esse. Agit nimirum *caput. I. de fama in genere. Caput II. de fame amissione: Caput. III. autem de illius restitutione.* Deus T. O. M. qui semper negotiis nostris fert auxilium, pro singulari sua clementia meis quoque laboribus adsistat. Tu autem, *Cordate Lector*, accipe hoc exiguum diligentia specimen, eo, quo par est, affectu, & si forsitan expectationi tuæ non ex omni parte satisfactum erit, veniam ut des imbecillitati, quæ vires suas tentare solum voluit, est quod rogo. Interim vale, meque favore tuo imposterum quoque dignare.

DISSERTATIO JURIDICA
DE FAMA, EJUS
AMISSIIONE,
ET
RESTITUTIONE.

CAP. I.
De fama in genere.

§. I.

IN conscribendis dissertationibus communiter quidem de definitione nominali incipere, & multa, ad *Ety- mologiam, Homonymiam ac Synonymiam* spectantia, undique corradere solent; quæ res tamen *Criticis*, qui in hoc genere sibi mirifice placent, magis relinquenda, quam quoad insignem abusum a JCtis imitanda; hos enim sensum magis, quam vana nominum vocabula amplecti oportet. v. l. 13. §. 2. vers. *sed etsi, de excusat. tut. j. l. pen. ad exhib.* Nobis in præsentiarum, ne plane moniti *ULPIANI, in l. 1. pr. ff. de F. & F. item. l. 1. §. 1. ff. de susp. tut. immemores* videamur, sequentia adduxisse sufficiat.

§. II.

Fama, quod in vulgus notum, apud latinos nomen habet a *fando*, ut vox Græca *Φήμη ἀπὸ τῆς φάσις*: Hinc elegantius *ISIDORUS*: fama, inquit, fando & loquendo pervagatur, per traduces linguarum & aurium serpens. Nihil enim impervestigatum atque occultum relinquit, teste *Ovidio. Lib. 12. Metam.* Unde fama dicatur?

Ipsa

Ipsa quid in cælo rerum pelagoque geratur

Et tollere videt, totam inquirit in orbem,

Græcis, uti dictum, Φήμη, Gallis, *le Bruit*, Germanis, Ein gemein Geschrey, Gerücht, Ruff, dicitur. Notæ igitur etiam sunt phrales: fama adprobat, die gemeine Sage gehet also. TER. *Phorm.* 4. 5. 12. fama fuit, man saget, es ist das gemeine Geschrey gewesen. NÆP. *Thermist.* c. 10. fama perlata est, man hat Zeitung bekommen. *id.* l. c. c. 2.

§. III.

Famæ significatus.

I.)

Diversam hujus vocis significationem quod attinet, notabimus, quod vox *famæ* sit ambigua, potissimum autem *triplici sensu* accipitur, I.) enim & proprie *fama* est illa Dea, excitans sermones populares, & varie differens mille linguis, cum veris falsa promulgans, eademque quoties videtur recantans, quam nostri *famam vocemque publicam* appellant, qui etiam templa olim dicata fuisse testantur PAUSANIAS, PLUTARCHUS, HESIODUS. v. Πόμεν Pantheum *Mythicum*, sub titulo: *Fama*. II.) sumitur in sensu latiori seu generaliori, quatenus dependet a sola plebis opinione, & significat *bonam & malam famam simul*, quando plebs de quacunque re, vel facto aliorum judicat pro lubitu, der gemeine Ruff, hinc CICERO *pro Cæl.* ut fama fuit, *quoruscunque istam effugere potest, in tam malefica civitate?* III.) Strictè & in sensu specialiori accipitur, quatenus dependet non solum ab opinione plebis, sed etiam ab approbatione cujusque honesti ac boni viri, & denotat tantum *bonam famam*, uti NÆP. in *Dion.* c. 1. *generosa majorum fama.* *Id.* *Iysand.* c. 1. *famam virtute partam relinquere;* de qua præprimis hoc loco nobis est sermo.

II.)

III.)

§. IV.

Differt a rumore.

Quoad Synonymiam in specie notandum, quod aliquando vocetur a) *rumor*, a quo tamen differt, quia rumor est *ab incerto auctore*, fama autem a certo procedit. Veretres tamen

tamen

tamen non adeo multum differre famam a rumore existimant, v. CALV. *Lexic. sub voce, fama*; b) aliquando notorium, sed differt ab hoc, quod regulariter *notorium* plenam inducat probationem, & nullo alio adminiculo indigeat, v. ZAS. *L. 1. conf. 15. n. 24.* quod secus in *fama*, ut quæ sola & per se, nisi aliis concurrentibus, non probat, justam tamen credulitatem inducit, FELIN. *in Cap. 24. Col. pen. in fin. X. de re-script. c.)* sæpe vocatur fama etiam *existimatio*, quæ a CAL-
a notorio.
 LISTRATO, *in l. 5. §. 1. de extraord. cognit.* describitur; differt tamen *fama* & *existimatio*, quod *ILLA* denotet iudicium
ab existima-
 tionis
 aliorum hominum de *aliis hominibus*; hæc vero latius pateat, involvens etiam iudicium cujuslibet de se ipso, & tum fere conscientiæ æquipollet. Ex quibus patet, existimationem *suo modo* bonis internis seu animi accenseri, non vero, accurate loquendo, famam. v. THOMAS. *de Existimatione, fama & infamia, extra Rempublicam. §. 6. j. FREHER. de existimatione acquirenda, conservanda & amittenda. Lib. II. p. m. 82. seqq.* Est scilicet existimatio vel *naturalis*, cuius fundamentum est virtus, vel *civilis*, cuius fundamentum est vita Reipublicæ commoda, ejusque determinatio non alia, nisi voluntas Principis. v. BEYER. *delineat. juris divini, naturalis &c. Cap. 14. pos. 14. seqq. Puffendorff. dissert. Acad. de existimatione, Idem de O. H. & C. Lib. II. cap. 14.* Jcti vero non semper accurate inter *existimationem* & *famam* distinguunt; quamobrem nemo forsan vitio nobis vertet, quando etiam nos incidenter *hiscæ vocibus* promiscue utimur.
Existimatio
 vel naturalis,
 vel civilis.
Jcti non
 semper inter
 famam & ex-
 istimationem
 distinguunt.

§. V.

Plura de nominali definitione adducere nolumus, hinc reliquis, qui otio abundant, relictis, rem ipsam, scilicet realem definitionem aggredimur; Deprehendimus autem varias apud Dd. famæ definitiones, quas collegit FREHER. *de fama publica, Lib. I. Cap. 1. n. 2. & cum omnino, satente JA-*
Fama varie a
 variis descri-
 bitur.

Nostra de-
scriptio.

VOLENO, in l. 202. de R. I. omnis definitio in jure civili sit periculosa, L. B. etiam contentus erit, si non accuratam, & qualem expectat, definitionem, sed qualem qualem *bonae fame* descriptionem hic inveniet; Esto autem sequens: *Fama est opinio hominum de statu vel facto alicujus bono, tam optimi cujuscunque viri, quam multitudinis testimonio comprobata, fidem & amorem concilians, vel, si mavis, brevius describi potest, quod sit judicium plurium, de valore aliorum, cum THOMAS. c. diff. §. 10. Notanter hanc in rem jam olim scripsit PLATO: Vulgus non esse negligendum, nec ejus opinionem contemnendam, cum in eo sit quedam sagacitas, quae veritatem contingat.*

§. VI.

Fama est vel
bona vel mala
I.)

Famae definitionem sequitur illius divisio. Est autem fama I.) *vel bona*, de qua nostra definitio concepta, ein guter Ruff, gutes Gerücht, guter Nachklang. *vel mala*, übles Geschrey, böser Ruff, quae saepe pro infamia accipitur; Hinc PLAUTUS, *Perf. 3. 1. 17.* Inimici, inquit, famam, non ut nata est, ferunt, Feinde sagen nicht gleich zu, sic etiam fama voce utitur. VIRGIL. 4. *Aeneid. v. 170.* Neque enim specie famave movetur. Fama tamen *simpliciter* posita semper pro bona assumi solet, fama autem mala & infamia, fere sunt Synonyma. II.) Fama *sive* existimatio, est vel *simplex*, vel *intensiva*. *Simplex* est judicium, de bonitate hominum simplici, i. e. qua viri boni judicantur aequales, scilicet malitia carentes; Hæc inter opificem & Principis ministrum primum, militem gregarium & ducem exercitus, non distinguit. Et hujus oppositum est infamia. *Intensiva* est, qua inter eos, qui omnes gaudent existimatione simplici, unus vir bonus alteri censetur esse præstantior, intuitu bonitatis positive. Hinc proportionem æstimationis inicit, & egregios a vilioribus, nobiles a plebejis separat; unde in ore omnium, etiam imperitorum,

II.) vel sim-
plex.

vel intensiva.

si a

si a potentioribus injurias patiantur, versatur proverbium :
 ich bin so ein ehrlicher Mann als er, ob er gleich vornehmer
 ist als ich. *vid. BEYER. ad ff. tit. de his qui not. inf.* Huic
 proprie infamia non opponitur, sed ejusmodi res, quæ in-
 tensivam existimationem comitantur, ut sunt, *gloria, laus &*
honor. Plura de hac distinctione, vide apud THOMAS. *c.*
diff. PUFFEND. de F. N. G. Lib. 8. c. 4. §. 1. seqq. De fama
 quæ in specie *publica* dicitur, peculiarem tractatam, inter
 eruditos non ignotum, edidit MARQUARDUS FREHERUS,
 ad quem *L. B.* qui plura de fama in genere, & in specie scire
 cupit, remittimus. Nos pro instituti ratione hic subsistimus,
 & progredimur ad

C A P. II.

De Famæ Amissione.

§. I.

E St Lippis & torisforibus notissimum, vulgatum Fama ser-
 illud: vanda.

*Omnia si perdas, famam servare memento,
 Qua se mel amissa, postea nullus eris.*

Cum igitur *Cap. I.* de fama in genere tanquam de Ratio conne-
 bono inæstimabili actum sit, ordo, quem nobis posuimus, xionis cum
 I. Capite.
 exigit, ut etiam, quomodo fama amittatur, paucis percurra-
 mus. Crudelis equidem, qui famam negligit, haud imme-
 rito dicitur, *v. PFEIL. Cent. II. conf. 60. n. 73.* cum nihil viro
 honesto, studio bonæ famæ, sit antiquius, insuperque vita &
 fama pari passu ambulent. *v. l. 8. §. 2. quod met. caus. l. 9. de
 manum. vind. l. 103. de V. S. GAIL. Lib. I. O. 123. n. 6. j. P. IV.
 C. El. XLII. ibi: Es haben auch erbahre Leute das Leben und*

Fama plus custodienda quam oculi.

die Ehre gleich geachtet, und beschwerlicher denn Leibes-Beschuldigung gehalten. Hinc IMPP. DIOCLET. & MAXIMIANUS in l. 8. C. de Decur. famam plus custodiendam, quam oculos, censent, ac omnibus divitiis, commodoque pecuniario præferendam commendant. Conf. Prov. XXII. v. 11. Eccles. VII. v. 2. l. 7. § 97. de Solut. Ego (inquit PLAUTUS in Mostell.) si bonam famam mihi servasso, sat dives ero. Bona quippe fama possessores suos, indigenis & exteris, caros reddit & amabiles, quin & ipsam immortalitatem iisdem largiatur. v. pr. J. de excus. tut. vel curat. in f. quam ob rem nonnulli etiam mortem turpitudini anteponendam censent. v. LUCAS de PENNA, in l. 1. C. de Capitat. civium censibus eximenda. Hisce tamen non obstantibus, haud pauci inveniuntur, qui bonam famam susque deque habent, suisque turpibus factis infamiam sibi attrahunt. Quemadmodum itaque bonæ famæ fundamentum est *vita virtuosa*, ita e contrario infamiæ fundamentum est omnis violata turpibus factis vitæ morumque honestas. v. STRUV. Exerc. VII. thes. 15.

Fundamentum bonæ famæ.
Item infamiæ.

§. II.

Fama est res delicatissima.

Est igitur fama hominis, quod nemo inficias ibit, res delicatissima, qua, ut nihil clarius, sic certe etiam nihil obscurari pronius, quod adeo verum, ut levissimis ex causis, & sine actuali læsione, rubiginem sæpe contrahat, secundum illud vulgare: *Calumniare audacter, semper aliquid hæret.* Id quod quasi proprium stultæ plebis, quæ pro corruptissimis seculi nostri moribus, nocentes & nebulones sapissime laudibus extollit, innocentibus autem, haud raro sine omni sufficiente causa & ratione, maculam adspexit. Quæ cum ita sint, paulo accuratius in infamiam, quid, & quotuplex illa sit, & quænam personæ hac laborent, inquirere, in subsequentibus placuit.

Plebis judicium.

§. III.

§. III.

Infamiam breviter describimus, quod sit *macula ob turpe factum contracta*, v. l. 20. C. *ex quibus caus. infam. j. l. 5. §. 1. ff. de extraord. cogn.* Quoad turpe factum autem notamus, non omnem, qui hoc committit, statim etiam laborare infamia, nisi hoc quoque aliis sit notum; Licet enim quis maxime vel improbus sit, & flagitiis oblitus, si tamen hoc ignoretur, *juridice & politice* pro infami haberi non potest; Hinc CICERO *Lib. II. de senib.* esse aliquid, scribit, per se flagitiosum, etiamsi nulla comiteretur infamia. Quamobrem haud male dictum AUGUSTINI huc refertur: *Bona conscientia mihi opus est, propter Deum, bona fama, propter proximum.* Turpe scilicet factum, quod haud ignoratur, apud viros honestos famam maximopere lædit. Illud tamen probe tenendum circa infamiam: *Temere hic non vagandum; non statim cuilibet credendum; neque ex incerto rumore, aut etiam qualibet increpatione, etiam viri optimi, facile alterius fame esse detrahendum.*

Quid sit infamia

Non omne turpe factum statim infamat.

Dictum Augustini de bona fama.

Monitum

§. IV.

Duplex autem est infamia, *juris, & facti.* Equidem non ignoramus, a nonnullis asseri: *non dari infamiam facti.* Quia tamen hæc *ex l. 2. de obseqv. parent. & patron. prest. ibi: re tamen ipsa, & opinione hominum &c. l. 10. 20. & 22. de his qui not. infam. l. 13. 17. 19. c. ex quibus caus. infam. & l. 27. C. de inoffic. testam. l. 25. C. ad. L. Jul. de adult. ibi: gravatam potius opinionem, quam infamiam, commode probari potest, rectius retineri & defendi hanc divisionem, quam rejiciendam, putamus. Inter utramque enim maxima, deprehenditur differentia. Scilicet 1.) differunt *fundamento*: In infamia *juris* enim, delictum a *lege* est expresse notatum, v. g. *furtum, rapina,* & duo conjuncta hanc efficiunt infamiam, *vi- delicet turpe factum & autoritas juris, id notantis, v. l. 1.**

Infamia est vel juris vel facti. Facti fundamentum.

Hæc differt ab infamia juris. Fundamento.

- §. 5. de *extraord. cogn.* In infamia *facti*, delictum contra bonos mores quidem & rectam rationem, quod tamen jure civili notatum non invenitur. 2) *Causa efficiente*, quæ in infamia Juris est *Lex*, in infamia facti vero *virî cordati & honorati*. 3.) *Modo probandi*: Infamia facti probatur per testes de alterius fama, ubi plerumque Dd. plures quam duos requirunt. *Wesemb. tamen Parat. ff. de his, qui not. infam. n. 7. & Brunnem. in repet. Parat. qu. 37. etiam duos sufficere statuunt.* Infamia juris probatur, *probata causa*, ad quam probationem regulariter duobus testibus saltem opus est. 4.) *Effectu*: Infamia *juris* etiam a dignitatibus susceptis infamem removet, & testimonio ejus omnem fidem detrahit; Infamia autem *facti* arceat saltem, a dignitatibus suscipiendis, v. *cap. 87. de R. I. in 6. & a testimonio ferendo non plane repellit, sed fidem testimonii solum minuit. v. l. 3. pr. de test. LAUTERBACH. tit. de his qui not. inf. lit. D. j. SCHNEIDEW. ad J. de cap. dem. §. fin. Recte igitur infertur, effectum infamiae juris esse regulariter perpetuum. l. 43. §. 4. de R. N., hæc quippe infamia personam semper comitatur, v. FREHER. L. 3. de Infam. C. 24. n. 7., infamiae facti autem temporalem.* Hinc qui longe ebriosus, prodigus, pertinax, &c. fuit, si postea ad sanos mores revertitur, nulla amplius labe adspersitur, unde communiter dicere solent: *Er bat sich bekehret*, quo casu mutationem morum per triennium requirunt, *arg. l. 6. §. 2. de decurionib.* quæ est communis Dd. sententia, teste ill. BERGERO, *ad Brunnem. Parat. de his qui not. inf. ad quest. 3. id. P. I. Resp. 257. p. m. 445. MENOCH. L. V. pres. 37. n. 30. & L. II. arbitr. cas. 464. n. 22.* Huc pertinet 5.) quod latior sit infamia facti, quam juris, quia sententia legis aut judicis non omnibus factis turpibus accedit. v. *Schilt. Ex. X. th. 25.*

§. V.

Ut denique paucis plura dicamus, *infamia juris* infamiae facti ita contradistinguitur, ut eandem suo ambitu includat, quod, uti nobis videtur, optime SCHILT. c. 2 sic explicat: *Infamiam facti esse, tō materiale infamiae juris, tō formale tō materiale vero juris, b. e. legislatoris aut judicis sententiam superveni-* infamiae juris
entem opinioni ac sententiae plurium de alterius facto turpi,
 quo eum non dignum judicant iis rebus, quae ei alioquin in suo ordine tribui solent. Objectio. 1.
Objiciunt dissidentes 1.) existimatio- Resp.
mationis lesionem, non ab hominum opinione, sed ex legibus & moribus dependere. l. 1. §. 5. de extraord. cogn. Negatur tamen consequentia; quia illa etiam existimatio, quae vitae & facti turpitudine amittitur, legibus & moribus notatur, non vero expresse, ut in infamia juris, sed mediante cujuslibet honesti viri judicio. Obj. 2.
 Nec enim statuimus, quamlibet hominum opinionem sufficere, sed cordatorum virorum tantum.
 2.) *Quod infamia separari soleat ab illis, ob quae fama apud honestiores gravatur. v. l. 10. §. 12. de in jus voc. l. 27. C. de inofficios. testam.* Ad hanc resp.
 Resp. dictis locis infamiam κατ' ἐξοχήν sumi pro infamia juris.

§. VI.

Dum vero statuimus & defendimus *dari infamiam facti*, neutiquam putamus, credendum esse BALDO ad l. 1. C. de Baldus tripli-
summa Trin. qui infamiam facti iterum in tres diversas partes cem esse infamiam facti
 dividit, scil. 1.) in eam, quae ortum a vulgo habet, & incerto autore statuit.
 2.) quae a iudice aut patre, aut viro quopiam honesto, per increpationem aliquam ignominiosam inferitur, 1.)
 3.) quae oritur a sectae diversitate, puta propter haeresin. 2.)
 Sed respondemus cum HAHNIO ad Wesenb. tit. de his qui not. in 3.)
fam. n. 11. ad l.) hic nullam esse infamiam, neque *Ethice* neque *Politice*, nec in sensu juridico, quia non constat de turpi Rejicitur illius opinio.
 facto, quod princeps est, & intrinsecae infamiae causa. Ad 2.)
 Incre-

Increpitos a patre vel iudice ob increpationem illam nullo modo esse infames, quod etiam ipse WESENB. agnoscit, *conf. BRUN. ad l. 17. C. ex quibus caus. inf.* si autem causam increpationis consideres, turpe scilicet factum, infamia vera facti erit. Ad 3.) Macula ex hæresi oriens, non alia est quam infamia juris. *v. Auth. Credentes & Auth. Gazaros. C. de hæret. j. CARPZ. Qu. 44. n. 20. seqq. & omn. THOMAS. dissert. an hæresis sit crimen? §. 10. & 11.*

§. VII.

Ab infamia *juris & facti*, qua fama amittitur, progredimur ad *levis notæ* maculam, quæ cum dicta infamia in plerisque eundem habet effectum, ut hinc etiam hac lædatur existimatio nostra. Multa hoc loco disputari possent, de quæstione præjudiciali: *an detur levis notæ macula?* Ubi inficias ire non possumus, negative ab haud paucis, iisque celeberrimis JCtis, responderi, & pro figmento Doctorum saltem haberi. *v. VASQ. Lib. I. de testat. pœnitentia. §. 10. n. 68. item BOCER. Cl. V. D. 24. n. 27. & ab his allegatos.* Quia vero horum rationes tanti momenti non sunt, ut propterea vadimonium deserere nobis videatur, hinc paucis saltem dicimus, nos eorum opinioni calculum addere, qui *levis notæ maculam* ab infamia juris & facti separant, provocantes potissimum *ad l. 27. C. de inoffic. testam. ibi: si scripti hæredes infamiae, seu turpitudinis, seu levis notæ macula aspergantur.* Idem satis evidenter inculcatur *l. 2. C. de dign. ibi: quos vitæ turpitudine inquinat.* Ex quibus intelligere facile possumus, hanc maculam, ut ut infamiae facti affinis sit, revera tamen ab illa multum distare, & propterea a *Dd.* male utramque confundi. Apertissimis enim verbis in dicta *l. 27.* a se invicem discernuntur per particulam disjunctivam, *vel*, quæ ex sui natura rerum diversitatem inducit. *v. l. 124. de V. S. ibique*

An detur levis notæ macula?
A multis negatur.

A nobis affirmatur.
Hujus Fundamentum.

Male cum infamia facti confunditur.

ibique *Dd.* & WEHNER. *Obs. Pract. lit. C. verbo.* Oder STRAUCH, in *Lexic. partic. juris*, hac voce, §. 1. ubi dicit: *de sui natura, caedit inter diversa. p. m. 268.* adeoque pro Synonymis haberi non possunt. Plura addere non lubet, sed ablegamus *L. B.* qui longe aliter sentit, ad *Auctores*, qui doctè hanc exposuerunt materiam; in specie vero videri potest LAUTERBACH, FROMMANN *II.* de BERGER, qui omnes *de levis notæ macula* peculiare conscripsere disputationes, & nostram amplectuntur opinionem.

Qui scripserunt de levis notæ macula.

§. VIII.

Ex prædictis itaque satis constat, neminem bonam suam famam & existimationem amittere, nisi ob turpe factum ab ipso commissum. Quoad turpe factum autem nil interest, utrum illud sit *moraliter* turpe, *i. e.* pietati & honestati naturali adversum, *v. l. r. de cond. instit.* an vero tantum *civiliter* tale, *i. e.* pro turpi habeatur, juxta mores hujus vel illius loci, gentis aut civitatis, licet apud alios pro turpi non reputetur. Huc pertinet, quod moribus Romanorum milites accenseantur infamibus, qui aliena prædia conducta habebant. *v. l. f. C. Loc.* item, quod in scenam, lucri causa, prodeuntes, infamiae labe adspargantur. *l. 1. & 2. de his qui not. inf.* quod tamen in Græcia sine nota fuisse testatur CORN. NEPOS, in *præfat.* ut itaque omnino recte moneat STRYK in *U. M. d. t.* quoad infamiam ante omnia ad cujusque loci mores esse respiciendum. Quod vero in specie attinet levis notæ maculam, ex duplici quasi fonte ab omnibus fere derivatur. Oritur scilicet I.) ex defectu legitimæ nativitatis, sicque *ob factum alienum turpe. v. Rec. Imp. d. Ao. 1548. tit. 37. & Ao. 1577. tit. von Handwercks-Söhnen, 38. ibi: So ehrlichen Herkommens, & tit. von leichtfertigen Beywohnungen.* add. ROTHMALER, *dissert. de Spurio.*

Turpi facto fama amittitur, sive tale sit
Moraliter, sive civiliter.

Levis notæ macula oritur
I.) Ex defectu illegitimæ nativitatis.

2.) Ex facto proprio a dolo alieno.

Exempla horum factorum,

Erff. 1694. hab. item FALCKNER, de legitimatione & jure spuriorum, Fen. 1670. II.) Tribui levi aliquis accensetur, ob factum proprium, a dolo quidem alienum, honestorum tamen virorum opinioni non conveniens, si scilicet sordidum vitæ genus, vel abjectum, seu vile tantum quis elegerit. *vid. Rec. Imp. L. c. j. CARPZ. Dec. 112. in fin.* Huc referri infinita fere possunt, v. g. Sanguinem humanum condemnatorum fundere, exstercorare, seu hominum stercora efferre, canes rabidos & inutiles interficere, animalium pudenda exsecare, eadem castrare, cadavera, hominum licet, sepelire, animalium excoriare &c. Qualia officia licet quædam, ut castratorum suum, &c. utilia sint Reipublicæ v. *L. 1. C. de Suariis*, merito tamen pro abjectis & vilibus ab honestis viris reputantur. *

§. IX.

Persuasi itaque sumus, suo modo inter infamiam *juris, facti, & levis notæ maculam*, distinguendum esse, hisque omnibus *famam* omnino amitti. Pluribus exemplis hoc illustrare, supervacuum esse censemus, quia in omnibus fere compendiis juris, consueto loco, hæc sunt obvia. Ne tamen plane praxin dictorum omisisse videamur, aliquot adducere libet casus, ex quibus, *infamiae pœnam*, moribus hodiernis, nostris judiciis etiam, tam in causis *civilibus* quam *criminalibus*, haud esse incognitam, judicatu est admodum facile.

§. X.

Quoad causas *civiles* in mentem venit §. 2. *J. de pœna temere litig.* ibi enim ab *Imperatore* inter alia recensetur, quod *actione mandati, depositi, tutelæ, & societatis, directæ, &c.* conventus & convictus, *infamia* sit notandus; An vero hodie in dictis contractibus adhuc obtineat *infamiae pœna*? non est concurs *Dd.* opinio. Negat hoc *GRÖNEWEG. ad d.*

An hodie adhuc in causis civilibus infamia obtineat?

§. 2.

§. 2. cujus vestigiis insistit SCHILTER, *Exerc. X. §. 35. 36.* cum illo asserens: *nullam hodiernis moribus civile judicium famosum esse, nisi ubi speciatim id receptum appareat: Ratio, quæ SCHILTERUM, ut hoc statuât, movet, hæc adducitur: quia Germanorum mores prisca & recentiores magnopere ab infamia abhorrent; qua ratione tamen, salva tanti Viri auctoritate, ut idem cum eo credamus, nos adduci patimur minime, quia scimus, etiam prisca Germanis similes pœnas in usu fuisse, quod vel unica eorum canum vel sellarum portatione probari potest.* De qua *Κυνοφωγία* plura legi queunt apud OTTON. FRISING. *de gestis Friderici Barbarossæ.* HENEL. *in Otio Vratisl. Cap. XVIII. p. 134.* it. DÖPLER. *in Theatro pœn. P. I. Cap. LX. vom Hunde tragen.* Nota etiam pœna infamiae prisca Saxonum consuetudinibus fuit, uti videre est ex *Land-R. Lib. I. artic. 40.* ibi: *Wer treulos bere-det wird, oder heerflüchtig wird aus des Reichs-Diensten, dem NB. vertheilt man seine Ehre, und sein Leben, und nicht seinen Leib.* Ex Juribus recentioribus Germanorum adducimus *statuta Hamburgens.* in quibus *P. II. tit. 18. Art. 4.* sic disponitur: *Würde einiger Schiffer das Schiff mit unziemlichen Bodemenen beschweren, derselbige soll, wenn er allhier wieder anlangete, für einen unehrlischen Mann gehalten, auch in dieser Stadt und derselben Gebiethe nicht geduldet werden.* Cum itaque constet tam prisca quam recentioribus Germanis infamiae pœnam in usu fuisse, non dubitarunt *J. Cui Wittenbergens.* in mandati actione, dictare infamiam, *Mense Octobr. 1710.* sequendi modo:

Negat Groenow.
Et ex hoc Schilter.
Ratio Schilteri.
Ad hanc respondetur.

Præjudicium ubi in causa mandati infamia injungitur.

D wohl unterschiedene Rechts-Lehrer in denen Gedanken stehen, Rationes dices sep die, in denen legibus Romanis, öftters gesetzte pœna infamiae, denen alten teutschen Rechten und Gewohnheiten zuwisder, und habe diesem nach in bürgerlichen Sachen und Klagen

Decidendi. gar keine, in peinlichen Fällen aber nur alsdenn statt, wenn der Richter dieser Straffe in seinen Urtheil ausdrücklich gedrucket; Dennoch aber und die weil die Römischen Gesetze, in so weit selbige denen teutschen Rechten und Gewohnheiten nicht deutlich zuwider lauffen, durch ganz Teutschland angenommen und eingeführet sind, selbige aber klarer Masse geben, daß ein **trenlos**er *Mandatarius* für anrügig gehalten werden sollte, welche Disposition denn, denen *juribus patriis* keines weges zuwider ist, gestalt aus unterschiedenen Orten, daß die *poena infamiae* in denen alten teutschen Gewohnheiten gleichfalls wohl bekant sey, hergebracht werden kan; So ist L. B. T. für anrügig zu achten.

Decisio. *Confer Magn. Dn. LEYSER. Spec. LII. med. 1. p. m. 564. seqq. In puncto depositi autem etiam a JCtis Jenens. infamiam esse injunctam, præjudicio confirmat Bechm. in comment. ad ff. tit. de his qui not. infam. Observ. Pr. 15.*

Harum sententiarum. justitia adducitur. quæ sententiæ nobis omnino justæ videntur, quia ratio, cur Romani hisce casibus infamiae locum dare voluerunt, nec hodie cessat, cum turpe admodum sit, duas illas res sanctissimas violasse *fidem & amicitiam. v. l. 6. §. 5. de his qui not. infam. MANTIC. de tacit. & ambig. Conv. Lib. VII. Tit. II. quod vero hodie mutatum non reperitur, cur stare prohibeatur? v. l. 27. C. de testam.*

§. XI

An cessio bonorum fiat sine infamia? Alium casum sistat nobis bonorum cessio. Circa quam haud immerito: *an hæc sine infamia fieri possit, quaeritur.* A juris infamia cedentem plurimi absolvunt; facti tamen infamiam illi adhærere docent, *WESENB. in π. de cess. bon. n. ult. HOTOM. Qu. illustr. 24. in f. BOCER. Cl. ult. disp. 36. th. 43. & alii quam plurimi, quorum sententia tamen contraria videtur l. fin. C. qui bon. ced. poss. ibi: salva eorum existimatione. j. l. II. C. ex quib. caus. inf. irrog.* Nos nec his acce-

accedimus, nec levis notæ macula cedentem laborare credimus, quod quidem statuit BACHOV. *ad §. 37. F. de act. §. HAHN ad WESENB. de cessione bon. n. 6. per Nov. 4. c. ult. §. Nov. 135.* quia inhumanum certe esset, tantam sine culpa sua afflictis afflictionem addere, & integræ existimationis censu eos excludere, *Nov. 4. c. 3. ibi: infelicibus debitoribus auxiliamur &c.* omnem denique dubitationem tollit *Imperator Justinianus,* quando in *l. f. C. qui bon. ced. poss.* electionem tribuit creditoribus, utrum quinquennale spatium debitoribus indulgere, an vero bonorum cessionem malint, salva videlicet debitorum existimatione. Cui concordat *arg. Ref. Pol. d. Ao. 1548. art. 22. ibi: Wären sie aber aus kündlichen oder unversehenen Unfällen &c.* Id quod in specie cautum in *Elect. Saxon. Mandat. nov. Regio, wider die Banqueroutiers, de dato Dresde, die 7. Jan. 1724. §. 5. in verb. auch dieses alles ihm an seinen Ehren unschädlich seyn soll.* Paucis: *fortune calamitas a vulgo quidem, verum non a gravioribus viris ad dedecus refertur. v. DICEL. TULD. ad C. de inoffic. testam. n. 1. j. SCHILT. Exerc. 46. §. 11.*

Ratio 1.

2.)

3.)

§. XII.

Sicuti autem dicta in præcedentibus de iis tantummodo, qui adversa fortuna, adeoque ex accidente juxta *Nov. 153. præf. in fin. compulsi,* ad cessionis beneficium confugiunt, accipienda, sic omnino aliud de iis decoctoribus, qui dolose vel propria culpa, ventre vel venere bona dilapidant, vel simili modo ad incitas rediguntur, statuendum, hi enim salva fide & existimatione bonis abire neutiquam debent. *v. l. 23. que in fraud. cred. talium enim hominum actiones dolosæ & noxiæ furto recte assimilantur. v. Reform. Pol. de Ao. 1548. tit. von den verdorbenen Kauffleuten, 22. imo furibus improbiores sunt, monente BRUNNEM. ad l. n. C. ex quib. caus. inf. irrog. & consequenter ob dolosam decoctionem infamia.*

Dolosi decoctores.

Sunt furibus improbiores, laborantque infamia.

Præjudicium
novissimum
adducitur.

infamia recte notantur. v. VINN. ad §. 1. I. qui § ex quib.
caus. Hinc, in causa ejusmodi decoctoris, coram Prætorio
Lipsiensi, anno præterito, tractata, inquisitione generali &
speciali peracta, duabus etiam defensionibus ab inquisito ad
Acta relatis, præstitoque ab eo purgatorio, *Inclytus Scabinus*
Lipsiensis, Mense Octobr. 1729. sequentem tulit sententiam:

P. P.

Wes dieselben uns Notul geleisteten Eydes, und fernereit gehaltene
Registratur, sammt denen wider J. G. G. ergangenen Acten
in drey Voluminibus, benebst einer Frage übergeben, und
des Rechts, darüber zu belehren gebethen. Demnach sprechen
wir Churfürstl. Sächß. Schöppen zu Leipzig, darauff vor
Recht:

Diweil jetztgedachter G. zuerkannter Maßen sich vermittelst
Eydes gereiniget, und daß er, ehe er in der Naumburger Petri
Paul Messe des 1728. Jahres ausgetreten, und entwichen, den
Vorsatz nicht gehabt, seine Gläubiger aufzusetzen, und um das
Ihrige zu bringen, auch zu solchem Ende, unterschiedliche Waar
ren und Geld, vor und bey seinen Austritte, auff die Seite nicht
geschafft noch verheelet, weniger unterschlagen, ingleichen in dies
ser Absicht, in wählenden Petri Paul Markt, unterschiedliche
neue Capitalia nicht auffgenommen und erborget, und er auff
denen bey ihm angetroffenen baaren Geldern, pretiosis und Do
cumenten ein mehrers bey seinen Austritte und Entweichung
nicht mit sich weggenommen, auch seinen Gläubigern dasjenige,
was bey ihm würcklich gefunden worden, zu entwenden und sie
darum zu betrügen sich nicht vorgesezt, hierüber sein Vormun
den, als ob er die Gelder, Pretiosa und Documenta, zur Si
cherheit, und weil er solche niemand anvertrauen können, bey sich
behalten, nicht falsch und erdichtet, er auch den Vorsatz, auff eine
arglistige und gefährliche Weise seine Gläubiger nur mit 60.
pro Cent abzufinden, und den Überschuß an 643. Thl. 21. gl. zu
profitiren, und vor sich zu genießen nicht gefast, geschwören; Es
ist

ist er im übrigen nach Anleitung des de dato Dresden, den 7. Januarii 1724. wider die Banqueroutirer ergangenen allergnädigsten Mandats §. 12. Diemeil er nicht durch die in §. 5. angezogenen, oder andere Unglücks-Fälle, sondern durch sein eigen Verschulden in Abfall seiner Nahrung gekommen, indem derselbe bey der Antwort, auf Articul, eingeräumet, daß er unter andern auch mit Wachs, Wein und Juwelen gehandelt, so er doch nicht verstanden, und daß er von erborgten Capitalien zu viel an Interessen bezahlet, auch seinen Handel, da er doch ein halb Jahr zuvor, als er den Abfall seiner Nahrung gemercket, continuiret, vor ehrlos zu achten, zu keinen Aemtern zu ziehen, ihm auch nach seinen Tode kein ehrlich Begräbniß zu gestatten, noch ihm auff die Börse, oder Handels-Plätze zu kommen, und eben so wenig einen Mäccler, und dergleichen abzugeben, nicht nachzulassen, immassen er auch die auff diesen Proceß gewandten Unkosten nach vorgehender Liquidation und Richterlicher Ermäßigung, pro rata abzustatten schuldig, von Rechts wegen. Zu Urkund mit unserm Inseigel versiegelt.

Churfürstl. Sächß. Schöppen
zu Leipzig.

§. XIII.

Casui proxime recensito jungimus paucissimis adhuc alium, in puncto Usurariæ pravitatis. Jure *scil.* Romano ^{Pœna Usurarii.} prisco, quadrupli pœna in usurariam pravitatem statuta ^{Jure} fuit, v. l. 2. C. Theod. de Usur. Hanc vero legem JUSTINIANUS Justiniano. Codici suo, nec ei, quo hodie utimur, non inseruit, atque adeo tacite antiquavit, & saltem in l. 20. C. ex quibus ^{Canonico.} causis inf. irrog. constituit, ut improbus foenerator infamia puni- retur: cui pœnæ jus canonicum in C. 3. X. de Usur. §. C. 2. de Usur. in. 6. excommunicationem, ademtionem juris te- standi & honestæ sepulturæ addidit. Lex Imperii ^{Imperii.} Francof. d. Ao. 1577. condita, tit 17. §. 8. foeneratores quarta sortis parte

Saxonico. parte multat. Jus nostrum Saxonicum quoad hoc crimen in variis a jure communi recedit. Nimirum *Electio Saxo in Mandato d. A. 1625.* poenas improborum fœneratorum exasperat, eos sorte integra privat, a testimoniis ferendis arceat, e terris suis ejicit, atque pro re nata in corpore punire jubet. Plura adducere, instituti ratio non permittit; Cum tamen Præjudicium. *Præjudicium*, ubi ob usurariam pravitatem, *infamia* injuncta fuit, nobis ad manus sit, hoc ad materiæ substratæ illustrationem adjicere lubet. Sic autem *Dni Scabini Lipsienses Mense Jan. 1725.* pronunciarunt:

P. P.

Dieweil obbemeldete W. zuerkannter Massen, vermittelst Eynes sich gereiniget, und nach der fol. 280. usque 285. abg. fasten Notul geschworen, so ist sie im übrigen, wegen des *ad Art. inquisit. 40. 53. 61. 64. 69. 74. 94. 105. 113. 118. 130. 151. seqq. it. fol. 216. 218. 232. 236. 244. 258.* gestandenen Wuchers, nach Anleitung des Churfürstl. Sächß. Mandats von 28. April. Anno 1625. vor ehrloß und anrücklich zu achten, und hiez über auff 2. Jahr des Landes zu verweisen, sowohl zu Abstattung derer auff diesen Proceß gewendeten Unkosten, worvon die liquidirte fol. 287. seq. sub A. auff 54. Thl. 21. gl. und sub B. auff 14. Thl 7. gl. zu maßigen; Hingegen die sub C. nebst dem baaren Verlage, ohne Abgang passiren, anzuhalten.

Confer Dn. LÜDER MENCKE, in *Theor. & Praxi Pandect. p. 658.* CARPZ. *Qu. 92. per tot. ill. de BERGER, in Oecon. jur. p. m. 764.* idem in *Observ. Lauterb. p. m. 446.* STRAUCH. de *Usuris centesimis & fenore unciario. Jen. 1672.*

§. XIV.

Immanis olim apud *Aegyptios* consuetudo fuit, *corpora debitorum mortuorum creditoribus in pignora dare, quæ deni-*

denique hæredes luere cogebantur, teste SCHNEIDEW. ad Inst. Tit. de Interd. §. 1. n. 41. Quæ sævitia merito apud nos detestabilis est; Publice quippe interest, cadavera mortuorum non diu insepulta relinqui, v. l. 43. de Relig. & sumt. ex Phisicorum enim scholis discimus, graves & contagiosos spiritus mortuorum cadavera exhalare, ut mirum non sit, si ex illa purulenta putredinemorbidus aër reddatur, & sic causa pestilitatis existat. Quæ, quamvis omnino concedantur; Nihil tamen prohibet, quo minus ratione ipsius sepulturae differentia inter sepeliendos aliquando observetur. Cum itaque §. præced. assertum sit, jure Canonico usurariis nec jus testandi, nec sepulturam honestam esse concedendam; placet, antequam ad alia progrediamur, utrumque præjudicio quodam inchyri Scabinatus Lipsiensis corroborare. Sic autem Mensè Sept. 1723. versus Langensalza respondit:

Wies dieselben uns angebrachte Rüge, eingezogene Erkundigung, verfaßte *Inquisitional-Articul*, J. G. R. darauff gethane Antwort, unterschiedlicher vermittelt Eydes abgehörter Zeugen Aussage, sammt denen dißfalls ergangenen Acten, benebenst einer Frage zugeschiedt, und sich des Rechts darüber zu belehren gebeyhen haben; Demnach sprechen wir Churfürstl. Sächß. Schöppen zu Leipzig darauff vor Recht;

Das bemeldt: R. des getriebenen und fol. 10. seqq. *Ad Art. Inq. 3. 4. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 13. 15. 16. 17. 19. und 20.* gestandenen Wuchers halten, nach Anleitung des Churfürstl. Sächß. gnädigsten Mandats, von 28. April. des 1625. Jahrs, derer auff Wucher geliehenen Summen, so viel er deren geständig, verlustig, sowohl vor anrücklich und ehrloß, und ein beständig Testament zu machen vor unfähig zu achten, und nach seinem Tode mit Christlichen und gebräuchlichen Ceremonien nicht zu bestatten, hierüber auch drey Wochen

D

lang

lang mit Gefängniß, oder um drey Neue so. zu bestraffen, gestalt er denn auch die auff diesen Proceß gewendete Kosten, nach vorgehender Liquidation und Richterlicher Ermäßigung zu erstatten schuldig.

§. XV.

An recte viventibus infamia imponatur.

Titius negat.

Praxis huic contrariatur. Alia ratio.

Voluptas coercetur per dolores,

Avaritia ademptione bonorum, & Ambitio infamia.

An vero infamia viventibus recte imponatur, hoc loco non immerito quaritur? Negat hoc TITIVS, in *Jure privato. Lib. III. c. 23.* & OBSERV. LAUTERB. 82. *Interim, inquit, sicut in infamia, tam irroganda, quam tollenda aut impedienda, forte non satis prudenter ubique versati sunt Romani, ita certum videtur, quod poena illa, quatenus vivos respicit, merito abrogari debeat, cum contra legitimum poenarum finem delinquentes non emendet, sed ad bene agendum reddat ineptos, ac ad majora facinora patranda disponat. Cujus sententiae tamen calculum addere non possumus, quia Praxis variarum Rerum publicarum reclamat, uti duobus §. §. praeced. a nobis demonstratum fuit. Accedit & alia ratio, quod in poenis infligendis, tentanda suppressio omnium trium affectuum dominantium, quatenus ad mala invitant. Sic a) voluptas coercetur per dolores, hinc poenam stupri & fornicationis in terris nostris, Magistratus inferior, in multam pecuniariam commutare nequit, uti expresse sancitum legimus, in *Ord. Polit. d. Ao. 1612. tit. von Consistorial-Sachen, n. 4. circa fin.* & *Ord. Matrim. d. Ao. 1624. punct. 4. §.* und nachdem wir befinden, *verbis: Daß hinfüro die Gerichts-Herren auff Belehrung unserer Schöppen-Stühle, wider die Verbrecher, in allen oberzehnten Fällen verfahren sollen, und also hierinnen die Geld-Straffen gänzlich abgeschafft haben.* j. CARPZ. *Consist. I. III. Def. 75. n. 17. seqq.* Sic b) avaritia insigniter ademptione bonorum punitur, & c) Ambitio intolerabiliter fere, infamia afficitur, ut propterea infamiae poena in Rebus publicis bene constitutis, sine causa*

causa non abroganda, sed potius retinenda, nobis videatur. Quicquid vero sit, si verum fateri licet, merito cum CLEOBULO, Græco sapiente, statuendum: *Illam civitatem optime compositam esse, ubi magis infamia, quam lex metuitur.* Dicitur Cleobuli.

CAP. III.

De Famæ Restitutione.

§. I.

Est omnino quorundam mortalium conditio ita misera, ut verbis vix efferi queat. Aliquando enim quidam, quando ipsis omnia ex voto succedunt, ad turpissima facta committenda, eo ipso quasi commoventur, alii, si turpiter agunt, adversæ fortunæ adscribunt; alii denique sine ulla ratione, inconsiderate, nullis observatis circumstantiis, neglectis legibus præscriptis, posthabitis honestorum virorum judiciis, *quod lubet, licet*, constanter cantant, parum de futuris contingentibus solliciti, nec semel hujus aurei dicti: *post factum pœnitet actum*, sunt memores. Quando vero tandem aliquando, apertis oculis, infamiam, quam sibi aliquo modo pararunt, statum suum miserum, contemptumque aliorum considerant, de famæ restitutione cogitare incipiunt. Quid vero circa hanc in specie sit observandum, hoc capite delineabimus.

Misera in multis est conditio hominum.

§. II.

Et quidem quod ad eos pertinet, qui *facti infamia* laborant, hi peculiari restitutione famæ opus non habent, imo

Turpitudine facti notati, nec a Principe

restitui pos-
sunt.

Quomodo his
consulend-
um.

imo restitui his a superioribus fama plane non potest, quia *partim* hæc in opinione hominum consistit, *partim* Princeps turpitudinem facti, in qua perpetranda aliquis quotidie pergit, suo rescripto nec auferre, nec facta infecta reddere, nec hominum impressiones mutare potest, licet effectus infamiae mitigare queat. v. L. 12. §. 2. de capt. & postl. HEIG. P. I. Qu. 21. n. 21. Hinc PANORMITANUS tradit: quod ne quidem summus Pontifex possit infamiam facti tollere. v. PECK. in Cap. insanibus, &c. de Reg. Jur. in 6. MYLER. de Princip. & statib. Imp. P. II. Cap. 53. §. 12. Ipse itaque omnium optime sibi consulere poterit, si ab inhonestis actionibus desistat, honestisque studeat, quum vera facti infamia hac ratione aboleatur. Eleganter hanc in rem MOLIN. in Tract. de justit. comm. 4. disp. 10. n. 11. Infamia facti, scribit, sive juste sive injuste concepta fuerit, ad effectum, ut in futurum, ad dignitates obtinendas, & alia non noceat, mutatione morum futurorum, ad meliorem frugem se recipiendo, justeque ac pie evadendo, tanquoad id, de quo erat ea infamia, quam quoad alia aboleri & tolli potest, ita ut qui ante infamis erat, & habebatur, infamis deinceps non censeatur. Conf. FREHER. de existimatione Lib. III. cap. 30. n. 1. p. m. 633. ubi ex ISOGRATE monet: quod, quemadmodum vite morumque levitate, improbitate, imprudentia, & existimationis sue incuria, mala fama facile apud populum incurratur: ita rursus, mutatis moribus efficiendum & impetrandum esse, ut melius de ipso homines existiment. Requiritur vero Dd. triennium, ex JUL. CLARO. Sent. Lib. V. qu. 21. n. 11. in fin. BRUNNEM. ad l. 17. & 19. C. ex quib. caus. inf. j. §. 4. in f. C. II. supra.

§. III.

Idem statuunt
nonnulli de

Quæ de abolitione infamiae facti §. præced. diximus, nonnulli indistincte ad illegitime natos applicant, quod scilicet

licet horum vitæ probitate omnis macula adhærens auferatur. ^{illegitimo} Cui sententiæ ex VALASCO, *consult. 17. n. 3. & TERNATIUS*, SAUR. *dec. 126. n. 6.* accedit BRUNNEM. *ad Cod. in l. 17. de inoffic. test.* quoniam omnis macula virtute ac pietate in Deum eluitur in cælo & terra; quidni etiam macula natalium? Alii distinguunt, inter illegitimos simpliciter tales, ^{Alii distinguunt.} ubi dictam opinionem admittunt, interque natos ex damnato coitu, ^{Castilli opinionioni calculus additur.} ubi dissentiunt. Alii cum CASTILLO, *Lib. I. Controv. cap. 19. n. 53.* promiscue id negant, quibus etiam nos, donec meliora edocti simus, calculum nostrum addimus: quia manet causa, cujus tollendæ modus, probitas nuspjam traditur: ^{Ratio.} Insuper etiam tralatitium est, poenitentiam & vitæ mutationem abolere delicti notam coram Deo, ac non in sæculi hujus tribunalibus, *v. l. 56. de furt. j. l. 5. vi bon. rapt.* Nec etiam propterea habent spurii vitæ probioris, quo de querantur, cum ipsis legitimationis copia suppetat; Hanc enim semper petere possunt; Restitutio existimationis vel famæ autem his, non nisi improprie, conceditur, quia antea famam & existimationem non habuerunt. *Conf. BOCER. de Regal. C. 2. n. 112.* intuitu enim horum rectius dicitur *famæ concessio*, quam *restitutio*. Quoad castratores suum, qui alias ^{Singulare de castratoribus suum.} ob sordidum vitæ genus, levis notæ macula laborant, *h. l. in specie* notandum, quod in Electoratibus *Coloniensi, Saxonico, & Brandenburgico*, itemque in *ditionibus Luneburgicis atque Hassiacis*, vi Imperatorii edicti, de *Ao. 1699.* integræ existimationis sint habendi, adeoque ulteriori famæ restitutione non indigeant. *v. Ill. BERGER. Oecon. L. I. Tit. 2. §. 13. n. 8.*

§. IV.

Infamia juris autem, sive *immediate* sive *mediate* talis sit, per *famæ restitutionem* aboletur. Hanc breviter sic de-Resitutio famæ quid? scribimus, quod sit *Jus, vi cujus ii, qui infames facti, & declarati*

rati sunt, pristino honori ac famæ restituntur. Vel, juxta LYNCKERUM, *de jure restituendæ famæ*, §. 5. est actus, quo fama & existimatio amissa restituitur, quam quis ob factum turpe & probrosum amisit. Quæ potestas olim senatui Romano etiam competiit, uti videre est *ex l. 1. §. 9. & 10. de postul. conf.* FREHER. *de existimat. Lib. III. c. 30. n. 6.* BODIN. *de Repub. Lib. I. c. 10.* HEIG. *P. II. qu. 22. n. 12.* modernis magistratibus ob mutatum statum idem non licet, etiamsi gaudeant mero imperio; neque leviter interest Reipublicæ, magistratuum judicia legibus esse adstricta, neque iis, nisi ex ipsis legibus, interpretandi potestatem permitti; alioquin enim nunquam non iudex æquitatem sibi fingeret, ut leges impune violaret. Quamobrem CAROLUS I. *Rex Gallie*, suspendi iudicem iussit, qui reum, suspendio dignum, ad manus amputationem condemnaret, v. ANTON. PEREGRIN. *de jure ffc. Lib. 4. c. 8. n. 8. seqq.* Imo nec Duci Sabaudie licere quempiam *famæ restituere*, aut supplicio eximere, nisi vicaria Romani Imperii potestate fungatur, quæ & nominatim venialium codicillorum facultatem complectatur, ex CACHERAN. *dec. 101.* refert HEIG. *P. II. qu. 22. n. 20.* Licet autem per adducta a Civitatibus & collegiis, Superiorem agnoscentibus, non possit fieri restitutio adversus infamiam *ex jure communi impostam*; aliud tamen dicendum de ea infamia, quæ oritur *ex statutis civitatis*, aut *Collegii*; qua ratione relegatum ex Academia & exclusum, recte eadem recipere & restituere poterit: quia inde medicina petenda, unde læsio processit, & tantundem restitutio concedit, quantum læsio abstulit. v. HEIG. *c. l. n. 45. j.* ZIEGLER. *de juribus Maj. L. I. C. 9. §. 1.* Imo constat, aliquando a summis Principibus hanc dignitatem certo alicui officio annecti, cumque eodem ad successores devolvi. Hinc *Rector Universitatis Kiblonensis* ex privilegio Cæsareo legitimandi famæque restituendi

Olim senatus Romanus restituebat.

Modernus Magistratus restituere non potest.

Exemplum de Carolo I Rege Gallie.

Dux Sabaudie an hoc jure gaudeat?

Quando civitas & Collegium restituere potest?

tuendi comitiva pollet. Qua facultate gaudet etiam *Facultas*
Œcorum in *Universitate Giessensi*. Idem *Jus Rectori Academiae*
Helmstadiensis ex privilegio *MAXIMIL. II. de A. 1579. sub dato*
Prage die 9. Maji, & *Decano Facultatis Juridicæ in Academia*
Marpurgensi ex privilegio *FRIDERICI II.* competere, addu-
 cunt, v. *LYNCKER, cit. diff. §. 10. in fin.*

§. V.

In Imperio Romano Germanico famæ restitutionem In imperio
 ad reservata Imperatoris referunt, qui hanc potestatem, etiam restitutio ad
 inconsultis statibus, uti plerique statuunt, exercet; Exempla Imperatoris
 ejusmodi rei varia hinc inde adducuntur: *CAROLI IV.* qui reservata re-
Bartolum honoribus restituit, habet *Bodinus de Republ.* Parili Exemplum I.)
 modo *FERDINANDUS* rusticos seditiosos restituit. v. *R. I. II.)*
de Ao. 1525. §. und ist der halben re. & R. I. de Ao. 1526. §. und
niwohl der gemeine Mann re. Recens exemplum, & simul Re-
 scriptum restitutionis, ubi lanio quidam ob adulterium sim- III.)
 plex commissum ab Imperatore *LEOPOLDO gloriosæ memo-*
rie restitutus fuit, adnotavit *STRYK. in U. M. tit. de sententiam* IV.)
passis. §. 2. Formulam restitutionis *Johannis Friderici, Electoris*
Saxoniæ, ab Imperatore *CAROLO V. factæ, d. 22. Aug. Ao. 1558.*
 exhibet *HORTLEDER, in Tract. von Anfang Fort- und endli-*
chen Ausgang des teutschen Krieges. Lib. 3. c. 88. conf. FABRI
Staats-Vanseyey, P. II. C. 6. n. 7. CAMMAN. de Jure Maj.
disp. 4. th. 84

§. VI.

Graviter inter se *Dd.* disputant, *utrum soli Imperatori, Quidam soli*
an etiam statibus Imperii jus famam restituendi competat? Soli Imperatori
 enim Imperatori hoc tribuunt *AHASV. FRITSCH. in Manual. Jus restitu-*
jurisprud. Publ. voc. Legitimandi jus, BESOLD. de Regal. Cap. 2. endi tribuunt.
n. 2. BOCER. de Regal. C. II. n. 112. STAMLER. de Reserv. §. 58.
n. 8. aliique, quorum fundamenta & rationes in compendio
 quasi

Quorum rationes exhibit Ill. Berger.

Statibus Imperii hæc potestas recte tribuitur.

quasi exhibit Ill. BERGER. in *Oecon. L. I. Tit. II. §. 14. not. 4. p. 72. seq.* Nos in præsentiarum hanc licem non facimus nostram, & multis ambagibus contortisque, uri fieri solet, verbis, opus non esse credimus, ubi rerum testimonia loquuntur; Scilicet nemo forsan inficias ibit, Statibus Imperii in territoriis suis jus superioritatis territorialis competere v. LYMNÆUS. *de jur. Publ. Lib. IV. c. 8. n. 182.* CHRISTOPHOR. MINGIUS, *de superioritate territoriali, C. III. §. 30.* id quod claris verbis in INSTR. PAC. OSNABR. *Art. VIII. §. 1. et 2.* ipsis est confirmatum, hoc vero asserto, asserenda etiam necessario famæ restitutio. Cui sententiæ subscribunt KNIPSCHILD. *de Civit. Imper. L. II. c. 4. n. 100.* SIMON, *de Jurisd. territ. c. 7. §. 2.* MYLER; *de Princip. et Statib. Imper. c. 53. v. LYNCKER de superiorit. territor. ubi: p. 25. seqq.* per indicem pleraque jura superioritatis, interque ea etiam famæ restitutionem, recenset. ID. *de jure restituendæ famæ, th. 9. v. SCHILT. Exerc. 10. §. 33.* SPORTIA ODDUS, *de restit. qu. 92.* BRUNNEM. *ad L. 2. ff. de Senat.*

§. VII.

Exempla restitutionis adducuntur.

Nec desunt, uti diximus, quæ in ipsis rerum argumentis obtinent, scilicet a Statibus imperii quotidie peti & concedi famæ restitutionem; Rescriptum enim ejusmodi restitutionis verbatenus exhibet SCHILTER, loco proxime citato. Aliud adhuc adjicimus, ubi novissime *potentissimus Rex Poloniae et Elector Saxoniae* tale Rescriptum ad præfectum Pegaviensem Johann Siegmund Weidjen, emisit, quod est sequentis tenoris:

Wen Gottes Gnaden, Friedrich August, König in Pohlen, ic. Herzog zu Sachsen, Jülich, Cleve, Berg, Engern und Westphalen ic. Churfürst ic.

Heber Getreuer. Was gestalt uns D. J. allerunterthänigst anlanget, daß ihm dasjenige Verbrechen, welches er nobst einem andern

andern C. E. N. Ao. 1713 zwischen Scharffenbergk und Nieders
wårtha auff der Meißnischen Land-Strasse an G. P. verübet, und
worüber er zur Verhafft gediehen, den Staupen-Schlag erlitten,
auch eine Zeitlang auff den hitzigen Bestungs-Bau gebraucht wor
den, an seiner zeitlichen Wohlfahrt und Fortkommen nicht hindern
lich seyn, und er, daß ihme dißfalls *Restitutio Fama* wiederfahren
möchte, gebethen, solches ist aus denen Copenlich angeschlossenen
3. Memorialien mit mehrern zu erschen. Wann wir denn diesen
seinem Suchen, befundenen Umständen nach, hiermit in Gnaden
dergestalt Statt gegeben haben, daß ihme sein vormahls begang
genes Verbrechen und die darüber erlittene Leibes-Straffe zu ei
nigen Nachtheil und Hinderung in seiner zeitlichen Wohlfahrt
und Fortkommen, nicht gereichen soll. Als begehren Wir, du wols
lest dich bey vorkommenden Fällen hiernach allergehorsambst ach
ten; Und es geschicht daran Unsere Meynung. Datum Dresden
am 20. Septembr. Ao. 1725.

E. L. Kirchner.

Gottlieb Frost.

§. VIII.

An vero famæ restitutio a Statu Imperii, vi superiorita- An status re-
tis territorialis facta, etiam extra ipsius territorium ef- stitutio extra
fectum sortiatur? non una est Dd. opinio. Negat id territorium
SCHWEDER. in *Jur. Publ. P. II. sect. I. c. 16. §. 2.* LYM- valeat?
NÆUS de *jur. publ. Lib. IV. c. 8. n. 294. a. l. ult ff. de jurid. Ill. de* Negant
BERGER, in *Oecon. p. m. 71.* MYLERUS, de *Princ. & statib. Imp.* multi.
c. 53. §. 3. *Autor Examinis Juris Publici Germanici, G. A. Cap. Jureconfulti*
XXVII. *Qu. 4.* alii que. Affirmative responderunt *Acti Fe- Jenenses affir-*
nenfes. Mense Nov. 1695. An die Ober- und sämtliche andere mant,
Meister des Tuchmacher-Handwerks zu Neustatt an der Orla,
sequenti modo: Ob wohl etlicher Dd. Meynung nach, eines
Fürsten oder Reichs-Standes Begnadigung, Krafft deren er ei
nen unehrlichen wieder ehrlich machet, und famæ restituiret, sich
nicht weiter als auff dero Territorium erstrecket, ausserhalb aber
keine Wirkung hat. E SCHWED.

SCHWED. *Fur. Publ. p. 2. S. 1. c. 16. §. 2.*

Dennoch aber und diemweil Restitutio a Principe facta, so viel operiret, ut delinquens jam non deliquisse fingatur, und also das ganze delictum, davon die ganze infamia herrühret, aufgehoben wird.

RHETIUS *Instit. Fur. Publ. Lib. 2. tit. 9. §. 5.*

und dergestalt die Restitutio, quæ a Principe fit, vi jurisdictionis territorialis, durch das ganze Reich ihren Effect billig haben muß.

LYNCKER, *in analect. ad Schwed. Jus Publ. c. 1. verb. ut per totum &c.*

So seynd dannhero die in andern Herrschafften wohnende Benachbarte nicht befugt, euch dißfalls anzutasten, oder bey öffentlichen Jahr-Märkten von dem Lose abzuseindern.

Quid vero ejusmodi restituto faciendum, si ab aliis opificibus, in alterius territorio degentibus, pro incapace habeatur, simul adduxere laudati Juri, in Responso prolato, his verbis:

Daferne sie sich doch dergleichen de facto unterfangen sollten, habt ihr diesswegen euere Hoch-Fürstl. Landes-Obriegkeit, welche den Tuch-Knappen famæ restituiret, und als einen ehrlichen Mann in euere Zunfft anzunehmen, anbefohlen hat, geziemend um Schus zu imploriren, welche euch so dann bey denen benachbarten Herrschafften, unter welchen solche widerseglische Meister gefunden werden, nachdrücklich zu vertreten, und auff zulängliche Mittel euch zu schützen, bedacht zu seyn, gehalten ist. vid. WILDVOGEL. *Resp. C. I. n. 6. seq. p. m. 196.* Alii circa hanc quaestionem sic distinguunt: *Aut infamia irrogatur lege Provinciali, aut lege ac Recessibus Imperii; priori casu status Imperii restitutio ubique valere debet. a. l. i. §. 10. de postul. BOCER. de Regal. Cap. II. n. 116. posteriori non æque, j. BESOLD. in Delib. L. 1. fol. 62.*

Quidam distinguunt.

§. IX.

Quæ diximus de Principibus Imperii, illa etiam ad civitates imperiales applicanda erunt, hæ enim famam quoque restituere possunt, cum annumerentur statibus Imperii, & habeant jura territorialia in suis territoriis, die *Landes Obrigkeit*, de quo testatur praxis & experientia quotidiana; Videmus enim civitates Imperiales v. g. Lubecenses, Norimbergenses &c. Regalia cum mero & mixto imperio, atque omnimoda Jurisdictione exercere; cancellarios item suos, judicia, leges peculiares, & ea, quæ ad sui status defensionem præsidia necessaria sunt, habere; ut propterea neutiquam cum KNICHENIO in *Tr. de territorial. jur. C. I.* statuendum videatur, quasi justerritoriale his non competat; Hoc vero facile concedendum, civitates Imperiales non habere *Landes-Fürstl. Obrigkeit*, Principum enim jura personalia non habent, quia in ejusmodi civitate non est Dux vel Princeps, ein Fürst, ergo nec jura principis, Fürstliche Obrigkeit; ex hoc autem minus recte inferitur, ergo etiam non habent die *Landes-Obrigkeit*. Non est instituti nostri, plura, eaque particularia de civitatibus Imperialibus differere, remittimus itaque L. B. intuitu hujus materiæ ad GEORG. ADAM STRUV. *de liberis. S. R. Imperii civitatibus, Sect. III. §. 4.* it. WILDVOGEL. *de superioritate territoriali civitatum Imperialium, in spec. §. 23.* SCHWEDER. *Jur. Publ. Part. Spec. Sect. II. Cap. 9.* REUFENDORFF. *de civitatibus Imperialibus, earumque juribus, Lips. 1678. §. 106.* KNIPSCHILD. *de Civit. Imp. Lib. II. c. 4 n. 43.*

Civitates imperiales etiam restituunt. Habent jus territoriale.

Notatur Knichenius.

§. X.

De Comitibus Palatinis hoc loco quæritur: *An etiam hi famam amissam restituere valeant?* Et respondetur: quatales hac facultate non gaudent; si vero in Diplomate Cæsareo, ipsis hæc potestas in specie indulta, tunc omnino quæstio affirmanda. Sunt etiam qui contendunt, Comitibus Palatinis restitutionem in toto Imperio attendendam esse, quia nomine Imperatoris

Comes Palatinus etiam restituit.

Restrictio.

ratoris, cui hoc jus haud pauci tantum tribuunt, v. supra §. 7. restituit. Nec etiam hodie horum restitutiones sunt incognitæ; sic ipse Ill. BERGER. in *Oeconom. jur. p. m.* 72. putat, viduæ quæ stuprum passa erat, & propterea ab opificio arcebatur, dandum esse consilium, ut se per Comitem Palatinum famæ restituendam curaret, *Conf. Carpz. Lib. VI. Resp. 100.* Non tamen potest Comes Palatinus famæ restituere relegatum, ita, ut cogere possit relegantem ad receptionem relegati; quia præjudicium tertio facere Imperator non intelligitur, concedendo Comiti Palatino id juris. v. SCHILT. *Exerc. X. §. 23. it. Exerc. XLIX. §. 182.*

§. XI.

In delictis publicis
v. g. incestu

stupro

Collegia juridica famam reservare nequeunt.

Ulterius quaeritur: *An in delictis publicis, quæ infamant, a collegio Juridico, reo fama reservari possit?* v. g. infamat incestus, l. 13. §. 4. de his qui not. inf. infamat stuprum, a l. 7. de publ. Judic. j. §. 4. I. eod. Sic enim senator stupri reus, ab ordine senatorio removetur. CARPZ. *Dec. 17.* quia infamia superveniens adimit honores. Et dicendum, in ejusmodi delictis, a *Facultatibus juridicis & Scabinatibus*, famam reservari non posse, sed Principem adeundum, ab eodemque, ut fama restituatur, & in ordine retineatur, petendum esse; Hinc *Scabinatus Witteb.* in causa stupri, *Mense Majo 1706.* sequentem in modum respondit: *Und hat ermeldeten M. fol. - befindliches Suchen nicht statt. Es ist aber demselben die hohe Lands-Obrigkeit al- lerunterthänigst anzugeben, und um Verwandlung obiger Gefängniß Straffe in eine Geld-Buße, sowohl Restitutionem famæ und Beybehaltung seines Ehren-Amtes, zu suppliciren unbenommen v. Ill. de BERGER. in Elect. Jurisp. Crim. Memb. IV. ib. 12. p. m. 357. ubi hoc, & adhuc aliud ejusmodi Responsum, in crimine incestus, adducit. Multam pecuniariam autem Magistratus inferior, propter onus inquirendi & exequendi, petere nequit*

nequit, sed is, qui Jus aggratiandi habet, etiam hujus juris commodum sentire debet. SCHILT. *Ex. XLIX. §. 182.* Quamvis autem, uti diximus, expresse fama a *Judice* reservari nequeat; Multi tamen statuunt, *moribus Germanicis* toties famæ reservationem factam intelligi, quoties infamia *expresse*, aut *lege statutaria*, aut *sententia* non irrogatur, *vel* quando iudex graviolem solita pœnam dicitat, qua ratione cum ipso salva incolumique fama transegisse videtur, *l. 13. §. 7. de his, qui not. inf. v. Ill. de BERGER. Oecon. p. m. 71.* Sic usu fori etiam invaluit, reum in *actione recantatoria*, famam sibi reservari, petere posse, quæ reservatio a Collegiis juridicis plerumque fieri solet. *vid. Ill. de BERGER. in Oecon. jur. p. m. 800. conf. Dn. LÜDER MENCEN in Theor. & Praxi Pandect. p. 1486.*

§. XII.

Petita & concessa *restitutio* potissimum duplicem sortitur effectum; si enim Princeps *simpliciter* deprecanti gratiam fecerit, & indulserit, *non facta mentione famæ*, tunc pœna tantum remissa erit, at infamia sequax culpæ reum nihilominus comitari perseverabit, juxta illud tritum:

Pœna potest tolli, culpa perennis erit.

illosque quos indulgentia liberat, adhuc notatos relinquit, *v. l. ult. C. de gener. abol. l. 7. & l. ult. §. ult. C. de sent. pass. LYMNÆUS de Jur. Publ. Lib. IV. Cap. VIII. n. 295.* Si vero *restitutio* verbis hisce generalibus: *Wir setzen ihn in den vorigen Stand, Würden, Ehre und Herrlichkeiten, j. R. I. de Ao. 1526. §. und wiewohl der gemeine Mann ic. fit facta*, tunc *restituto* non tantum iniusta adimitur macula, quasi nulla inhonesta vita præcessisset, sed etiam, sublata prioris criminis memoria, ipse cæteris integræ estimationis hominibus, æquiparatur. *l. 1. Cod. de sentent. pass. & restit. & recipit omnia pristina jura & bona. v. l. ult. §. ult. C. c. l.* Ulterius famæ restitutio non raro *modis æquipollentibus* fieri intelligitur *v. g. si Princeps ex certa scientia infamem ad dignita-*

tem & officia publica, quæ non nisi ab integro homine geri possunt, admittit. v. FREIER. *de Existimatione Lib. III. Cap. XXX. n. 14.* hoc enim casu de infamia cum ipso transegisse, eamque remisisse censetur. *a. l. 23. §. 1. C. de nupt. § arg. c. 5. X. de cleric. conj. j. l. 57. de re jud.* quam in rem præjudicium habet *Wildvogel. Resp. 101.* Idem etiam sæpissime contingit in militibus, *per vexilli rotationem* in castris, de quibus v. RUDOLPH. HEIDEN. *de superior. territor. th. 81.* LYMNÆUS *de jure Publico. L. IV. c. 8. n. 295.*

§. XIII.

Conclusio.

Non deessent plura, quæ hac de nobilissima materia adduci potuissent, & forsan etiam, uti alii sentient, debuissent; Quia vero limites dissertationis Academicæ excedere nolimus, & quodlibet dissertationis caput, si pro materiæ dignitate explicandum esset, integrum requireret tractatum; alii aliquando tempori reservamus reliqua; Sufficiat nobis in præsentiarum primas quasi lineas duxisse. Vela itaque hac vice contrahimus, *summo Nunini* pro divina assistentia gratias devote persolventes. Quod superest, Te, quisquis hæc intueris, meminisse juvabit illius apud PLATONEM apophtegmatibus: *Nequam isthuc contendere debemus, ut quæ ipse pono, aut que tu, vincant, sed ei, quod verissimum est, opem feramus ambo.*

F I N I S.

NOBI-

NOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
DOMINO
BARTHOLDO HENR.
MEINICK
RESPONDENTI SUO DILECTISSIMO

S. P. D.

D. ABRAHAM KÆSTNER.

DUm de fama dissertationem luci publicæ
exponere, hacque ipsa industriæ *Tua*
ac conaminis virtuosi specimen non exi-
guum, sub meo Præsidio, edere *Tibi*
placuit, certe, de fama *Tua*, quam hactenus, apud
honestos & cordatiores, integram servasti, quæcun-
que bona auguror. Eum enim hucusque tenuisti
cursum studiorum Tuorum, ut non nisi utilia, foli-
da & quæ eruditionem egregie ornant, secutus fue-
ris, omniaque, quæ lædunt pietatem, verecundiam
existi-

existimationem nostram, & quæ contra bonos mo-
res sunt, evitaſti ſedulo. Modestia Tua, ut ulterius
in laudes *Tuas* excurram, non permittit, cum ſane
verbis non ſit opus, ubi rerum teſtimonia loquun-
tur. Maſte itaque porro virtute & eruditione
Tua, & nunquam a Juſtitia ac virtutis tramite de-
ſiſte, ut fidelis hujus cultor inventus, ad plura &
majora adhibearis, ſemperque in hac & altera vita
uberrimos laboris *Tui* fruſtus conſequaris. Quod
vero reliquum eſt, id quod in hunc uſque diem con-
ſtanter feciſti, me amare perge. Dabam Li-
pſia e Muſæo, Menſe Februar. A. R. N.

clō Io cc xxx.

